

Fol. CLXXVII

Ante Licaonius mergetur in æquos custos;
 Discet & Oceanas Parrhasis vrsa vias.
 Lucidus vmbrosum cōtinget Pheb⁹ auernū.
 Desinet in curru Cynthia clara vehi;
 Mens sceleri cōsuetæ prius q̄ crimen amatum
 Et proprios mores deseruisse velit.
 Scilicet idcirco discerpor dentibus a te:
 Quod volui morbo consuluisse tuo.
 Officit & nobis; monuisse fideliter: ora
 Ne macules probris flagitijsq; tua.
 Nō aliter forsan fragiles expromere vires
 Ingenij poteras eloquijq; tui.
 Nec pudet hæc: merito de te: maledicta referre
 Sanguinis Arctoi dedecus atq; lues;
 Et dum Dardanios velles cantare labores;
 Ipse argumentum materiamq; dedi.
 At quales versus scribis: que Carmina: certe
 Cherilon & Bauum sæcula nostra ferunt.
 Non ibi iucundū quicq;: non mica leporis.
 Produnt autorem Carmina vana iuum.
 Obijcis altiloqui quod protego Vatis honorē:
 Cui te non puduit supposuisse caput.
 Qui Lacijs quāq; niteat: Graijsq; camœnis;
 Optaret vacuus laudibus esse tui.
 Nam quis nō timeat talis præconia liguræ:
 Que tantum similes tollere in astra solet;
 Verbera deinde mihi rursus dentemq; minaris;
 Nostra sine inuolui stercore membra prius;
 Tunc poteris fœdos nobis infigere dentes;
 Et suis obscene turpia facta sequi.
 Istud quippe tibi nomen placuisse videtur;
 Nuper ut Petro Carmina missa probant.
 Lumina frontē mihi vellis: Diuosq; precaris;
 Vt lacerent saui viscera nostra canes.